

Q. N. 149, 28.

Y c
3670

X 2019366


FATA
RECTORUM
LAUBANEN-
SIUM.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

65





I.

C *Aspar Capelus*, Laubanus, per 13. annos Ludimagistri officio functus, A.C. 1539. in numerum Senatorum cooptatus fuit.

II. *M. Martinus Cuemiander* (Germanicè Hofemann.) A. 1540. denominatus est Rector, sed Ao. 1553. ex hâc in Budissinensem Scholam ad capeffendos fasces Rectorales vocatus, abiit.

III. *Martinus Regulus*, unius anni Ludi Magister, Pastorum Geibsdorfensem felix obtinuit.

IV. V. VI. VII. *Gregorius Albinus*, *M. Moses Neander*, & *Lazarus Scherdinger*, Spartam suam usq; ad extremum vitæ habitum exornarunt. *M. Joachimus Meisterus* autem, qui ab Albino lampada suscepit, eandem dicto Neandro tradens, maturè Laubanensem cum Elbingensi Rectoratu commutavit.

VIII. *M. Adam Clofius*, Leobergensis, Anno 1567. suscepit in se provinciam Moderatoris, triennio autem vix dum absoluto Lehnâ ad Rectoratum ibidem obeundum concessit.

IX. *M. Petrus Cellarius*, Glauchhanensis, rei Scholasticæ quidem ab A. 1570. egregiè præfuit, sed A. 1574. nescio, ob quas causas, rursus decenter valedixit.

X. XI. Cellario successit *Wenceslaus Scheidenreisserus*. Budissinensis; Scheidenreissero A. 1576. *Tobias Polus*, Joachimicus. Nempe quia priori Status Laubanensis r. t. non admodum arfidere videbatur, aliorsum is migrans, posteriori succedendi copiam fecit.

XII.

XII. *Abraham Crause* surrogatus est *Tobia Polo* A. Christi 1578. & inter alios celebrem quoq; *Martinum Bohemum*, Ecclesiae *Lauban*, postea Pastorem optimè meritum, Collegam habuit.

XIII. A. 1580. promotus fuit *Melchior Eccardus*, Chemnicensis *Misnicus*, (ad postremum Pastor & Superintend. *Olsenensis* in *Silesia*,) sed eodem anno unà cum Collegis suis, *Martino Widemanno*, & *Gregorio Vorberg*, incertum, ob quas causas, à Senatu rursus depositus.

XIV. *M. Caspar Janitius*, *Budissinensis*, ante hac Curiae *Löbavienensis* Notarius, A. 1580. tutari cœpit *Spartam* à *M. Eccardo* vacuefactam, quinquennio autem præterlapso & ipse aliam sibi quæsit sedem.

XV. Idem fecit *Johann Leo*, *Gubenensis*; Quos enim fasces A. 1585. susceperat, eos A. 1587. rursus deposuit.

XVI. A. 1587. *Paulus Frisius*, Diaconus, vocatus est ad *Restoratum*, quem per quinquennium cum fructu sustinuit.

XVII. A. 1592. Scholæ *Laub.* habenas tractare cœpit *Georgius Sartorius*, hætenus Scholæ *Löbav.* Ludimoderator; Vir, sicut annales testantur, apprime doctus & de Juventute Scholasticâ egregiè meritus; justo tamen, ut ferunt, curiosior, & propterea rursus ab officio suspensus.

XVIII. Sartorium excipiebat *Melchior Hausius*, *Zittanus* P. L. C. & Notarius C. Publ. qui iterum unà cum Collegis suis, *Georgio Kirchhoff* / *Caspare Ellinger* / & *Adriano Hoffmann* A. 1621. simul & semel à Senatu dimissi fuerunt.

XIX. *M. Urbanus Scultetus*, *Laubanens.* ab A. 1621. usq; ad annum 1632. strenuè functus est Officio suo; Rector, ut testatur Epitaphium, Scholæ parietibus affixum, fidelissimus, Juventutis Informator felicissimus: peste extinctus unà cum Suis.

XX.

XX. *M. Martin. Gerberus. Laub, P. L. C.* quam sub auspicio
um officii sui A. 1632, mercatus fuerat gratiam, ad ipsam
propemodum vivendi pausam usq; feliciter tutatus est. O-
mnes Antecessores bene merendi studio post se reliquit;
hoc unico infelix, quod Censorem quendam t. t. passus fue-
rat gravem,

XXI. In Gerberi partes successit A. 1665. *M. Christophorus
Schwarzbach* / antea SubR. nunc Rector, qui biennio dun-
taxat absoluto, vitam cum morte commutavit,

XXII. *M. Martino Seidemann* / Lōbaviensi, oblata est pu-
blicè Scholæ regendæ potestas A. 1667. mense Julio, quam
etiam, licet variâ fortunâ jactatus, non nisi cum vitæ fine A.
1687. laudabiliter resignavit,

NB,

E collatione institutâ patescit, novem Rectores in statione
suâ diem supremum obiisse, decem alios suâ sponte valedi-
xisse, tres quoq; ab Officio remotos fuisse,



Q. K. 149, 28.

FATA RECTO LAUBA SIUM



65

366

